est idem officium ⁊ in eis ostendit ecclesia se habere vestem nuptialem. id est charitatem. quia orat pro iudeis vt conuertantur quod fiet in fine mūdi quando veniēt ad fidem nostraz quod figuratū est in Joseph qui noluit longo tempore se manifestare fratribus suis. postea ꝟo ad vltimū se manifestauit eis et petierunt veniaz ab eo et dixit eis. Nolite timere ego pascam vos. ⁊ inebriatus est cum eis que inebriatio significat leticiam omnium in illa conuersione iudeoruz. Hoc autem erit in fine peregrinatiōis nostre. ⁊ ideo de huiusmodi conuersione agitur in fine tēporis peregrinationis. In quattuor enim partes diuisum est tempus anni. prout dictuz est in prohemio huius partis. Et per has tres dominicas agitur de hac conuersione. q̄a ad fidem trinitatis conuertentur. In hac ergo vicesimatertia dominica introit⁹ est de conuersione iudeorum a promissiōe domini. Ipse nāq; dicit per Hieremiā. xxix. cap̄. Ego cogito cogitationes pacis et nō afflictionis. quia ad hoc tendūt mala que vobis infero vt reconciliem vos mihi. Et nota ꝙ tempore Henrici. iij. imperatoris bruno tullens̄ episcopus qui de multis sanctis cantus composuit factus papa ꝑ henricum. iij. imperatorem ⁊ vocatus Leo. x dum romam pro papatu veniret. audiuit voces angelorum canentium ⁊ diceutiuz. Dicit dominus. Ego cogito cogitatiōes pacis. Ip̄e vero cogitans ꝙ non haberet canonicum ingressum renunciauit. et iterum a romanis papa eligitur. ⁊ vitam cū multis miraculis finiuit. In graduali ꝟo agit Dauid gratias de sua liberatione a captiuitate spirituali ⁊ corporali dicens. Liberasti nos ex affligentibus nos ⁊ cet̄a In versu vero promittit laudem bonorū operum dicens. In deo laudabimur tota die ⁊c̄. Et quia solus dominus est qui sanat. ideo in quibusdam ecclesijs sequitur alleluia. Qui sanat contritos corde In offertorio vero petit veniā. sicut fratres ioseph dicens. De profundis clamaui ad te domine ⁊c̄. Et quia Joseph. id est christ⁹ respondit. Nolite timere ego pascam vos ideo quia ita liberalis est dominus et ita cito dimittit. sequit̄ postcommunio Amē dico vobis quicquid orantes petitis credite. quia accipietis ⁊ fiet vobis. Math. xviij. ca. Quia vero non intrabunt ad nuptias nisi qui habebunt similitudinem d̄i ideo in euangelio. Abeuntes ⁊c̄. Math. xxij. ca. quod legitur in quibusdam ecclesijs dicitur. Reddite ergo que sunt cesar cesari. ⁊ que sunt dei deo. scilicet imaginē suam similitudine sua insignitam. qꝛ omnia ad sibi similia ꝯuertuntur. In epistola quoq;. Fratres imitatores ⁊c̄. ad phil. iij. ca. monet nos apostolus vt reddamus deo imaginem suā. Et post sequitur. Cōuersatio nostra in celis est. q. d. In hoc debetis me imitari non illos quorum de⁹ vēter est. qui sūt inimici crucis christi. Imitamur autem deū ⁊ apostolum in humilitate. mansuetudine charitate ⁊ sanctimonia. Et post. Saluatorem expectam⁹ dominum ihesuz christū qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Si enim habuerimus similitudinez dei in animabus nostris. in futuro non habebimus illaz similitudinē in animabus tantum sed etiam in corporibus. quia vt dicit apostolus. Similes erimus christo.

De dn̄ica vicesimaquarta.

In vicesimaquarta dominica similiter agitur de vocatione ⁊ conuersione iudeorum. Unde incipit in quibusdā ecclesijs euangeliū math. ix. ca. Loquēte Jesu ad turbas. Ecce p̄nceps archisinagogus venit ad euz ⁊ dixit ei. Filia mea defuncta ē. sed veni ⁊ impone manum tuam super eam ⁊ viuet. dū autem iret post eum ecce mulier emorroissa dicebat. Si tetigero fimbriam vestim enti eius salua ero. et sanata est a domio. Postea resuscitauit dominus filiaz archisinagogi. Allegorice archisinagog⁹ iste significat Moysen vel aliquem de prophetis vel etiam apostolis qui rogauit dominuz pro synagoga ⁊ domin⁹ vadit vt sanet eaz quia non cessat corrigere vt sanet ip̄os iu-

deos per varias tribulationes ⁊ seruitutes. Sed eorum sanitas fiet in fine mundi Mulier vero patiens fluxum sanguinis est gentilitas que dixit Si tetigero fimbriam vestimenti eius. id est si minima precepta seruauero salua ero. Per fluxum sanguinis peccatum intelligitur. Postea vero saluabitur synagoga. quod significatur per filiam yairi postmodũ suscitatam Item per yairum qui interpretatur illuminans siue illuminatus. intelliguntur prelati. Prelatus enim illuminatus a domino alios illuminat. ⁊ talis debet orare pro subditis suis sicut iste pro filia sua. Sicut ⁊ orat apostolus in epistola huius dominice que est ad colossen. j. c. Non cessamus inquit fratres orãtes pro vobis. In quibusdã tñ ecclesijs dicitur hac die euangelium. Cum videritis abominationem. Matthei. xxiiij. Et attende q̃ hec dominica proprium cantuale non habet officium quia enim vexabitur ecclesia persecutõnibus antichristi. iõ sua continet organa. vel ideo quia precedens officium huic euangelio rectissime coaptatur. vel quia hec dominica sepius superabundat. idcirco proprio vacat officio

De dominica vicesima quinta.

In vicesima

quinta dominica agitur de illuminatione iudeorum. Unde dicitur in quibusdam ecclesijs in epistola que est de Hiere. xxiij. cap̃ Ecce dies veniunt dicit dominus ⁊ suscitabo dauid germen iustum ⁊c. Et postea sequitur. In diebus illis saluabitur iuda Et post. Non dicemus amplius viuit dominus qui eduxit filios israel de terra egypti. sed viuit dñs q̃ eduxit ⁊ adduxit semen domus israel de terra aquilonis ⁊ de cunctis terris. in quibus proieceras eos Quibus verbis precedens cantuale officium concordat. Nam in introitu. Dicit dominus ego cogito ⁊c. dicitur. Et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Soluti ergo illa qua nunc tenentur captiuitate in graduali. Liberasti nos gratiarũ referunt actionem. In offerenda. De profundis. adhuc porrigunt orationem. que sue petitionis in postcommunione. Amen dico vobis. recipiunt sanctificationem. Euãgelium vero est de refectione quam fecit ioseph fratribus suis. quando recepit eos ad conuiuium. Videns ihesus quia multitudo maxima venit ad eum ⁊c. Quinq̃ panes sunt spiritualis intelligentia quinq̃ librorum quos modo habent. nec eis possunt satiari. quia eos frangendo per spiritualem intelligentiam non manducant. sz tunc eos dominus saturabit. Duo vero pisces sunt psal. et euangelium. Tunc enim reficiet eos dominus intelligentia legis ⁊ psalmorum et euãgelij. In quibusdam tamen ecclesijs dicitur euangeliũ. Cum sublevasset Ihesus oculos. Johan. vj. capi. Rursus in hac vltima dominica ceteras concludente recte ponitur officium q̃d adventum domini pertinere possit aduentũ vt dictum hieremie prophetico. Ecce dies veniunt. et suscitabo ⁊c. Ecce primus aduentus. In diebus illis saluabitur iuda. Ecce secundus. Sed in euangelio recte agitur de quinq̃ panibus. q̃ post q̃nq̃ milia annorum datus est nobis in primo aduentu panis angelorũ. Ab hinc etiam quinq̃ dominice computant vsq̃ ad illum diem. in quo panis ort' in presepio predicabitur. Quidam tamen hanc epistolam et hoc euangelium ponunt cum officio trinitatis. Infra hebdomadam vero fit sicut in ceteris feriatis. Et congrue circa festum beati Andree hoc euangelium legitur. quoniam in eo de ipso mentio cõtinetur. Quedam tamen ecclesie faciũt in hac dominica festum de trinitate Alie vero in octaua penthecostes vbi de hoc dictum est.

De lectionibus nocturnaliũ.

Illud postremo

notandũ est q̃ nocturnales lectiones a p̃ma dñica post penthe. vsq̃ ad aduentũ domini quidã nõ in-